Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale Romanum - Cod. St. Peter perg. 8

Feste Biseno bei Trient, 1468

Nachträge

urn:nbn:de:bsz:31-19321

Visual Library

Affres. Unicuique nostrum — Ad ephesios. de apostolis
data est gratia secundum mensuram donatio-
nis christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum
captivam duxit captivitatem. dedit dona ho-
minibus. Quod autem ascendit quid est nisi quia
et descendit primum in inferiores partes terre?
Qui descendit ipse est. et qui ascendit super
omnes celos. ut adimpleret omnia. Et ipse dedit
quosdam quidem apostolos. quosdam autem prophetas.
alios vero evangelistas. alios autem pastores
et doctores ad consummationem sanctorum in opus
ministerii. in edificationem corporis christi. do-
nec occurramus omnes in unitatem fidei.
et agnicionis filii dei in virum perfectum. in me-
suram etatis plenitudinis christi. Et de vigilia ascensionis domini

pro iter agentibus

Adesto domine supplicacionibus nostris ut viam famulorum in salutis tue prosperitate
dispone ut inter omnes vie et vite huius varietates tuo semper protegatur auxilio. Per d[ominum]
Per. Propitiare domine supplicacionibus nostris et has oblaciones quas
tibi offerimus pro famulis tuis benignus assume ut viam illorum
et precedente gratia tua diriges et subsequente comitare digneris ut
de actu atque incolumitate eorum secundum misericordie tue presidia gaudeamus. Per d[ominum]
Tua domine famulos tuos sacramenta que sumpsimus custodiant
et contra omnes adversos tueantur incursus per dominum nostrum. etc.